

dominus temporalis regni Alamanie, quia instituere regem^{d)} et destituere sunt actus perfecti domini. Insuper hoc apparet, quia ordinavit, quod illud regnum iret per electionem et quod per papam confirmaretur. Papa^{e)} Adrianus dedit Karulo magno regnum Ytalie in feudum. Ubi est sciendum quod regnum Ytalie in temporalibus fuit subiectum ecclesie ex donatione Constantini, ut habetur supra capitulo CVI^{f)}; item quia papa contulit illud Karulo magno in feudum, ut habetur hic. Postea dimisit regnum Ytalie Lodovico pio cum imperio et voluit, quod esset subiectus ecclesie ratione istius regni, quod erat feudum ecclesie^{g)}; et finaliter donationem Constantini confirmavit et rinnovavit, ut habetur infra capitulo CCIII^{g)}. Postea Leo papa concessit imperatori Otoni auctoritatem perpetuo suisque successoribus eligendi regem in Ytalia^{h)}, sicut infra habetur capitulo CCXXX^{h)}, et imperator iurat fidelitatem ecclesie, qualem consueverunt servi suis prestare dominis, ut infra dicitur capitulo CCXXXIII^{h)}. Hec iuramenta fidelitatis prestiterunt plures imperatores ecclesie ut Rodulfus Aduulfus Albertus et Henricus sextus, sicut habetur in Consilio viensiⁱ⁾, de quibus infra dicitur capitulo Ex his omnibus apparet, quod regnum Ytalie subest ecclesie in temporalibus^{j)}.

cap. 195 Karulus imperium subiecit ecclesie.

Karulus autem cum regnasset in Franchorum sive Theutonicorum regno annis XXXIII et imperasset annis XIII, in Aquisgrani residens videns se morti propinquum, totum imperium ecclesie supposuit confirmans legem Theodosii, sicut patet in decretis xi. q. i. c. *Volumus*¹⁾; de hoc satis supradictum est capitulo CVII^{a)}. Deinde Karulus tres suos filios advocavit et imperium occidentis in tres partes divisit, sicut habetur in Ystoria gallicana²⁾. Primogenitus dictus est Lodovicus pius; hunc instituit regem in Ytalia, quem voluit esse imperatorem, subitiens eum potestati et dominio ecclesie et instituit cancellarium super^{b)} Ytaliam archiepiscopum colloniensem. Secundogenitum fecit regem Franchorum id est Theutonicorum et instituit cancellarium super Alamaniam archiepiscopum maguntinum; tertiumgenitum regem Aquitanie et instituit cancellarium super Aquitaniam archiepiscopum treverensem, et voluit, quod isti tres filii sui et reges sic regnarent, quod unus non subesset alteri; et sic duo reges nec ipsi nec ipsorum successores fuerunt subiecti imperio; et sic subitio istorum duorum fuit remissa, quia non fuerunt sub dominio imperatoris nec sui successores. Et inde^{c)} est, quod rex Franchorum^{d)} non recognoscit superiorem nec papam nec imperatorem^{e)}. . . .

d) om. B e) Papa — temporalibus om. W f) CVIII B g) CCV B h) CCXXXII B

2) Vgl. GA cap. 203 und CM cap. 618 f. 171r (Cerniti S. 560).

3) Vgl. D. 63 c. 23. 4) GA cap. 230 (?); vgl. CM cap. 570.

5) Clem. 2. 9 c. un.

cap. 195 a) CX BW b) totam add. W c) idem W d) Franchie W

1) C. 11 q. 1 c. 37. 2) Diese Chronik konnte ich nicht identifizieren. Dieselbe Geschichte erzählt Galv. noch CM cap. 615 f. 170v (Cerniti S. 557); ähnlich Petrus de Palude, Tract. de pot. papae 249, 27—39 secundum quasdam cronicas. 3) Vgl. GA cap. 201 und Petrus de Palude, Tract. 119, 27—29 und 236 ff. Zu dieser Frage vgl. statt vieler M. Delle Piane, Vecchio e nuovo nelle idee politiche di Pietro Dubois (1959) S. 91 Anm. 2 und 106 ff.